Unde ergo sapīa uenit: et quis
est locus ītelligencie? Abscondi
ta est ab oculis oīm uiuenciū: uo
lucres quoq₃ celi latet. Pdicio et
mors dixert. Auribȝ n̄ris audi
uim⁹ famā ei⁹. Deus ītelligit
viā eius: et ipē nouit locū illi⁹.
Ipē enī fines mūdi ītuet᷑: et oīa
que sub celo sūt respicit. Qui fecit
uentis pondus: et aquas appen
dit mensura. Qn̄do ponebat plu
uijs legē. et uiam pcellis sonan
tibȝ: tūc uidit illā et enarrauit ꝯ
p̄parauit et īuestigauit: et dixit
hoī. Ecce timor dn̄i ipa est sapi
encia: et recedē a malo ītelligēcia.

Addidit quoq₃ iob xxix.
assumēs pabolā suā: et
dixit. Quis michi tribuat ut
sim iuxta menses pristinos: se
cūdū dies quibȝ de⁹ custodiebat
me? Qn̄do splendebat lucerna
ei⁹ sup caput meū: et ad lumē
ei⁹ ambulabā in tenebris. Sicut
fui in diebȝ adolescēcie mee. qn̄do se
creto deus erat in tabernaculo meo:
qū erat omīpotēs mecū: et in cir
cuitu meo pueri mei. Qn̄ laua
bā pedes meos butiro: et petra fū
debat michi riuos olei. Qn̄ pce
debā ad portā ciuitatis: et in
platea pabant cathedrā michi.
Videbant me iuuenes et absco
debant᷑: et senes assurgentes sta
bant. Principes cessabant loqui:

et digitū ſupponebāt ori ſuo. Vo
cem ſuā cohibebāt duces: et lin
gua eorū gutturi ſuo adherebat
Auris audiēs beatificabat me:
et oculus vidēs teſtimoniū reddebat
michi. qd liberaſſem pauperē
vociferantē. et pupillū cui non
eēt adiutor. Benedictio perituri
ſup me veniebat: et cor vidue
conſolatus ſū. Iuſticia indut9
ſū: et veſtiuit me ſicut veſtimēto.
et dyademate iudicio meo. Ocu
lus fui ceco: et pes claudo. Pater
erā pauperū: et cauſā quā neſci
ebā diligentiſſime īueſtigabā.
Conterebā molas iniqui: et de
dentib; illius auferebā predam.
Dicebā q. In nidulo meo mori
ar: et ſicut palma mltiplicabo
dies. Radix mea apta eſt ſecus
aquas: et ros morabit̄ ī meſſi
one mea. Glā mea ſemp īnoua
bitur: et arcus me9 ī manu mea
inſtaurabit̄. Qui me audiebāt
expectabant ſententiā: et intenti
tacebāt ad conſiliū meū. Verbis
meis nichil addē audebāt: et ſu
p illos ſtillabat eloquiū meū.
Expectabāt me ſicut pluuiam:
os ſuū aperiebāt quaſi ad ymbrē
ſerotinū. Si quādo ridebā ad eos
nō credebāt: et lux vultus mei
nō cadebat in terrā. Si voluiſſē
ire ad eos ſedebam prim9. Cūq;
ſederē quaſi rex circūſtante exercitu:
erā tamē merentiū conſolator. xxx.
Nūc autē derident me iuniores
tpe. quorū nō dignabar patres
ponē cū canib; gregis mei. Quo
rū virtus manuū erat michi pro
nichilo: et vita ipa putabat̄ īn
digni: egeſtate et fame ſteriles.
Qui rodebāt in ſolitudīe ſqua
lentes calamitate et miſeria: et
mandebāt herbas et arborū cor
tices: et radix iuniperorū erāt ci
bus eorū. Qui de conuallib; iſta
rapientes, cū ſingla reperiſſet ad
ea cū clamore currebāt. In deſer
tis habitabāt torrentiū: et in
cauernis terre vel ſup glaream.
Qui inter huiuſcemodi letabant̄:
eſſe ſub ſentib; delicias cōputa
bant. Filij ſtultorū et ignobiliū:
et in terra penitus nō parentes.
Nūc in eorū canticū verſus ſū:
et factus ſū eis prouerbiū. Abhomi
nant̄ me et longe fugiūt a me:
et faciē meā conſpuere nō verē
tur. Pharetrā enī ſuā aperuit
et afflixit me: et frenū poſuit ī
os meū. Ad dexterā orientis: ca
lamitates mee illico ſurrexerūt.
Pedes meos ſubuerterūt: et op
preſſerunt quaſi fluctib; ſemitis
ſuis. Diſſipauerūt itinera mea:
inſidiati ſt̄ michi et p̄ualuerūt:
et nō fuit qui ferret auxiliū.

Quaſi rupto muro et aperta ianua irruerunt ſuper me: et ad meas miſerias devoluti ſunt. Redactus ſum in nichilum. Abſtuliſti quaſi ventus deſiderium meum: et velut nubes pertranſiit ſalus mea. Nunc autem in memetipſo marceſſit anima mea: et poſſident me dies afflictionis. Nocte perforatur os meum doloribus: et qui me comedunt non dormiunt. In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum: et quaſi capicio tunice ſuccinxerunt me. Comparatus ſum luto: et aſſimilatus ſum faville et cineri. Clamo ad te et non exaudis me: ſto et non reſpicis me. Mutatus es michi in crudelem: et in duricia manus tue adverſaris michi. Elevaſti me: et quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide. Scio quia morti trades me: ubi conſtituta domus eſt omni viventi. Verumtamen non ad conſumpcionem eorum emittis manum tuam: et ſi corruerint ipſe ſalvabis. Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat: et compaciebatur anima mea pauperi. Expectabam bona: et venerunt michi mala. Preſtolabar lucem: et eruperunt tenebre. Interiora mea efferbuerunt abſque ulla requie: prevenerunt me dies afflictionis. Merens incedebam: ſine furore conſurgens in turba clamabam. Frater fui draconum: et ſocius ſtruccionum. Cutis mea denigrata eſt ſuper me: et oſſa mea aruerunt pre caumate. Verſa eſt in luctum cithara mea: et organum meum in vocem flencium.

XXXI

Pepigi fedus cum oculis meis: ut ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet deus in me deſuper: et hereditatem omnipotens de excelſis? Numquid non perdicio eſt iniquo: et alienacio operantibus iniuſticiam? Nonne ipſe conſiderat vias meas: et cunctos greſſus meos dinumerat? Si ambulavi in vanitate. et feſtinavit in dolo pes meus: appendat me in ſtatera iuſta: ut ſciat deus ſimplicitatem meam. Si declinavit greſſus meus de via. et ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum. et in manibus meis adheſit macula: ſeram et alius comedat: et progenies mea eradicetur. Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere: et ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum: ſcortum ſit alterius uxor mea. et ſuper illam incurventur alii. Hoc enim nephas eſt: et iniquitas maxima. Ignis eſt uſque ad perdicionem devorans: et omnia eradicans genimina. Si contempſi ſubire iudicium cum ſervo meo et ancilla mea: cum diſceptarent adverſum me. Quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicandum deus: et cum queſierit quid reſpondebo illi? Nu

qd nō in utero fecit me qui et il
me lū operatus est et formauit in vul
ua vnus? Si negaui qd volebāt
pauperibꝫ: si oculos vidue expectare
feci. Si comedi buccellā meā sol9.
et nō comedit pupillus ex ea: qꝛ ab
infancia creuit mecū miseracio: et
de utero mr̄is mee egressa est mecū.
Si despexi pereuntē eo qꝫ nō habu
erit indumentū: et absqꝫ operimē
to pauperem. Si nō benedixerit mi
latera ei9: et de velleribꝫ ouiū
mearū calefactꝰ est. Si leuaui
sup pupillū manū meā. eciā cū
me viderē in porta superiorē: hu
merus meus a iunctura sua cadat:
et brachiū meū cū ossibus suis cō
fringatur. Semp enī q̄si tumen
tes sup me fluctus timui deū: et
pondus eius ferre nō potui. Si
putaui aurū robur meū: et obri
so dixi fiducia mea. Si letatus sū
sup multis diuicijs meis: et q̄a
plurima repperit manꝰ mea. Si
vidi solē cū fulgeret. et lunā inc
edentē clare: et letatū est in absco
dito cor meū. et osculatus sū ma
nū meā ore meo: que est iniq̄tas
maxima. et negacio contr̄ deū
altissimū. Si gauisus sū ad ru
inā ei9 qui me oderat: et exulta
ui qꝫ inuenisset eū malū. Nō enī
dedi ad peccandū guttur meū: ut
expeterē maledicēs aīam eius. Si

nō dixerūt viri tabernaculi mei:
quis det de carnibꝫ eius ut satu
remur. Foris nō mansit pegrin9:
ostiū meū viatori patuit. Si ab
scondi quasi homo peccatū meū:
et celaui in sinu meo iniquitatē
meā. Si expaui ad multitudinē
nimiā. et despectio pinquorū ter
ruit me: et non magis tacui nec
egressus sū ostiū. Quis michi tri
buat adiutorē. ut desideriū meū
omnipotēs audiat. et librū scribat.
ipse qui iudicat: ut in humero
meo portē illū. et circūdē illū q̄si
coronā michi: Per singulos grad9
meos pronunciabo illū: et q̄si principi
offeram eū. Si aduersū me terra
mea clamat: et cū ipa sulci ei9 de
flent. Si fructus eius comedi abs
qꝫ pecunia. et aīam agricolarū
eius afflixi: pro frumento oriatur
michi tribulus: et pro ordeo spina.

Finita sunt vba iob. xxxij.

Omiserūt autē tres viri isti 23 mal
respondē iob: eo qꝫ iustus
sibi videret. Et iratus indignat9
qꝫ helyu filius barachel buzites de
cognacione ram: iratus est autē
aduersus iob: eo qꝫ iustū se esse di
ceret corā deo. Porro aduersū ami
cos eius indignatus est: eo qꝫ nō
inuenissent responsionē racionabilē.
sed tantūmodo condēpnassent iob
Igitur helyu expectauit iob loquentē:

eo q seniores essent qui loq̄bāt.
Cū autē vidisset q rūdē nō potu
issent: iratus est vehementer. Res
pondēs q helui filius barachel
buzites dixit. Junior sū tpe. vos
autē antiquiores: idcirco demisso
capite veritus sū indicare vobis
sententiā meā. Sperabā enī q
etas prolixior loqueret: et ānor mul
titudo doceret sapiāz. Sed ut video
spūs est in hominibȝ: et inspiracio
oīpotentis dat itelligētiā. Non
sūt longeui sapientes: nec senes
itelligūt iudiciū. Jdeo dicā. Au
dite me: ostendā vobis etiā ego
meā sapiāz. Expectaui enī sermo
nes vros: audiui prudenciā vrāz.
Donec disceptaremini sermonibȝ. et
donec putabā vos aliqd dicere:
cōsiderabā. Sed ut video nō est
qui arguē possit iob: et rūdere
ex vobis sermonibȝ eius. Ne forte
dicatis īuenimus sapiētiā: deus pie
at eū nō homo. Nichil locutus est
michi: et ego nō scdm vros ser
mones rūdebo illi. Extimuerūt
et nō responderūt ultra: abstule
rūtq3 a se eloqa. Quū igit expec
taui et nō sūt locuti. steterūt nec
rūderūt ultra: respōdebo et ego p
tē meā: et ostendā sciāz meā. Ple
nus sū enī sermonibȝ: et coartat
me spūs uteri mei. En venter meus
quasi mustū absq3 spiraculo: qd
lagūculas nouas disrūpit. Lo
quar et respirabo paululū:
aperiā labia mea et rūdebo. Nō
accipiā psonā viri: et deū homi
non equabo. Nescio enī quā diu
subsistā: et si post modicū tol
lat me fctor meus. xxxiij.
Audi igit iob eloquia mea:
et oēs sermones meos au
scultā. Ecce aperui os meū: lo
quat ligua mea in faucibȝ meis
Simplici corde meo sermones mei:
et sententiā meā labia mea purā
loquētur. Spūs dei fecit me: et spira
culū oīpotentis viuificauit me.
Si potes rūde michi: et aduersū
faciē meā consiste. Ecce et me si
cut et te fecit deus: et de eodē luto
ego quoq3 formatus sū. Verūp
tamē miraculū meū nō te terreat:
et eloquētia mea nō sit tibi gra
uis. Dixisti ergo in auribȝ meis:
et vocē verborū tuorū audiui.
Mūdus sū ego absq3 delicto īma
culatus: et nō est iniquitas ī me.
Quia qrelas in me repperit: ideo
arbitratus est me īimicū sibi.
Posuit ī neruo pedes meos: custo
diuit oīs semitas meas. Hoc
est ergo in quo nō es iustificatus
Respondebo tibi qa maior sit deus
hoīe. Aduersū eū contēdis: q nō
ad oīa verba responderit tibi. Se
mel loqt deus: et scdo idipm nō

repetit p ſōpniū ī viſiōe nocturna
qñ irruit ſopor ſup hoīes. et dor
miūt in lectulo: tūc aperit aures
virorū. et erudiens eos inſtruit
diſciplīa: ut avtat hoīez ab hijs
que fecit. et liberet eū de ſupbia:
eruens aīaz eius a corrupcōe. et
vitā illius ut nō trāſeat ī gladiū.
Increpat quoqz p dolorē ī lectulo:
et oīa oſſa ei⁹ marceſcē facit. Abho
mīabilis ei fit in vita ſua pāis: et
aīe illi⁹ cibus ante deſiderabilis.
Tabeſcet caro eius: et oſſa que tec
ta fuerāt nudabūt. Appropīquit
corrupcōi aīa ei⁹: et vita illius
mortiferis. Si fuerit p eo angelus
loquēs vnū de similib. ut anūci
ett hoīs eqtatē: miſerebit ei⁹ et
dicet. Libera eū: ut nō deſcendat
in corrupcionē. Inveni in quo ei
ppicier. Conſūpta eſt caro ei⁹ a
ſupplicijs: revertat ad dies adoleſ
cencie ſue. Deprecabit deū et placa
bilis ei erit: et videbit faciē ei⁹ ī
iubilo: et reddet hoī iuſticiā ſuā.
Reſpiciet hoīes: et dicet. Peccavi
et vē deliqui: et ut erā dign⁹ non
recepi. Liberavit aīaz ſuā ne pgēt
in īteritū: ſed vivēs lucē videret.
Ecce hec oīa opatur de⁹ trib vicib
p ſingulos: ut revocet aīas eorz
a corrupcione: et illuminet ī luce
viventiū. Attende iob et audi me:
et tace dū ego loquor. Si autem
habes qd loquaris: rūde michi.
Loquere. Volo enī te apparere iuſ
tū. Qd ſi nō habes audi me: tace
docebo te ſapienciā. xxxiiij

Pronūcians itaqz heliu etiā hec
locut⁹ eſt. Audite ſapiētes
vba mea: et eruditi auſcultate me.
Auris enī verba ~~mea~~ pbat: et gut
tur eſcas guſtu diiudicat. Iudiciū
eligam⁹ nobis: et int nos videa
m⁹ qd ſit melius. Quia dixit iob
iuſtus ſū: et deus ſubūtit iudiciū
meū. In iudicando enī me mēdaciū
eſt: violenta ſagitta mea
abſqz ullo pctō. Qs eſt vir ut ē
iob qui bibit ſubſannacionē quaſi a
quā: qui graditur cū opantib iniqui
tatē. et ambulat cū viris īpijs.
Dixit enī. Nō placebit vir deo: etiā
ſi cucurrerit cū eo. Ideo viri cordati
audite me. Abſit a deo īpietas: et
ab oīpotente iniquitas. Opus
enī hoīs reddet ei: et iuxta vias
ſingulor reſtituet. Vē enī deus nō
cōdēpnabit fruſtra: nec oīpotens
ſubvertet iudiciū. Quē conſtituit
aliū ſup terrā: aut quē poſuit ſu
p orbē. quē fabricatus eſt? Si di
rexerit ad eū cor ſuū: ſpūm illi⁹ et
flatū ad ſe trahet. Deficiet oīs ca
ro ſimul: et homo in cinerē revertet.
Si ergo habes ītellcm audi qd
dicit: et auſculta vocē eloquij mei.
Nūqd qui nō amat iudiciū ſana

ri potest? Et quomō tu eū q̄ iust⁹
est in tantū condēpnas? Qui di
cit regi apostata: qui vocat du
ces impios. Qui nō accipit psō 25 mōl'
nas principū: nec cognovit tirā nn
nū cū disceptaret cont̄ paupere͂.
Opus enī manuū ei⁹ sūt univ
si. Subito morient̄: et in medi
a nocte turbabūt̄ ppli et ptransi
būt: et auferent violentū absq̄
manu. Oculi enī eius sup vias
hoīm: et oēs gressus eoꝝ cōsiderāt.
Nō sūt tenebre. et nō est umbra
mortis: ut abscondant̄ ibi qui ope
rant̄ iniquitatē. Neq̄ enī ult̄ in
hoīs potestate est: ut veniat ad
deū ī iudiciū. Conteret mltos in
nūabiles: et stare faciet alios p
eis. Novit enī opa eoꝝ: et ideo
iduat nocte͂ et conterent̄. Quasi
īpios percussit eos: in loco videntiū:
qui quasi de industria recesserūt
ab eo. et oēs vias eius ītelligē
noluerūt: ut pvenire facerēt ad
eū clamore͂ egeni. et audiret vo
ce͂ pauperū. Ipso enī cōcedente
pace͂: quis est qui condēpnet?
Ex quo absconderit vultū: q̄s
est qui cōtēplet eū? Et sup gētē:
et sup oēs hoīes. Qui regnare
facit hoīem ypocritā: pter pctā 26 mōl'
ppli. Quia ergo ego locutus sū ad
deū: te quoq̄ nō phibebo. Si erra
vi: tu doce me. Si iniq̄tate͂ locut⁹
sū: ultra nō addā. Numq̄d a te de⁹
expetet eā: q̄a displicuit tibi?
Tu enī cepisti loqui: et nō ego.
Qd' si q̄d nosti meli⁹: loquere. Vi
ri intelligentes loquātur michi:
et vir sapiēs audiat me. Iob
autē stulte locut⁹ est: et verba
illi⁹ nō sonant disciplinā. Pat
er: pbet̄ iob usq̄ ad finē. Ne
desinas ab hoīe iniq̄tatis: q̄a ad
dit sup pctā sua blasphemiā.
Int̄ nos īterī cōstringatur: et Tunc
ad iudiciū provocet sermonib;
suis deū. xxxv
Igitur heliu hec rursū locutus est.
Numq̄d equa tibi videatur tua cogi
tatio: ut diceres iustior deo sū?
Dixisti enī. Non tibi placet q̄d rectum
rectū est. Vel q̄d tibi pderit si ego
peccavero? Itaq̄ ego respondebo ser
monib; tuis: et amicis tuis tecū.
Suspice celū et intuere: et cōtempla
re ethera q̄ altior te sit. Si pecca
veris: q̄d ei nocebis? Et si multi
plicate fuerint iniq̄tates tue: q̄d
facies cont̄ eū? Porro si iuste ege
ris q̄d donabis ei: aut q̄d de ma
nu tua accipiet? Homini qui similis
tui est nocebit impietas tua: et filiū
hoīs adiuvabit iusticia tua. Pre
multitudine calūpniatorū cla
mabūt: et eiulabūt pter vim
brachii tirānoꝝ. Et nō dixit. ubi
est deus qui fecit me qui dedit car

mina in nocte? qui docet nos su
per iumēta terre: et sup volucres ce
li erudit nos. Ibi clamabūt: et
nō exaudiet propter supbiā malorū.
Nō enī frustra audiet deus: et
omipotēs singulorū causas intuebit.
Etiā cū dixeris nō considerat: iudi
care corā eo. et expecta eū. Nūc enī
nō infert furorē suū: nec ulciscit
scelus valde. Ergo iob frustra a
perit os suū: et absq scientia
verba multiplicat. xxxvi.

Addens quoq helui hec locut⁹
est. Sustine me paululū: et
indicabo tibi. Adhuc enī habeo
qd pro deo loquar. Repetā scientiā me
am a principio: et operatorē meū
pbabo iustū. Vere enī absq mē
dacio sermones mei: et pfecta sciā
pbabit tibi. Deus potentes non
abiicit: cū ipse sit potens. Sed
nō saluat impios: et iudiciū pau
peribz tribuit. Non auferet a iu
sto oculos suos: et reges in solio
collocat in ppetuū: et illi erigūt.
Et si fuerint in cathenis et vincia
tur funibz paupertatis: indicabit
eis opa eorū et scelera eorū: qa
violenti fuerūt. Reuelabit quoq
aurē eorū ut corripiat: et loq
tur ut reuertant ab iniquita
te. Si audierint et obseruauerint:
cōplebūt dies suos in bono. et
annos suos in gl'ia. Si autem

nō audierint transibūt p gladiū:
et consumēt in stulticia. Simula
tores et callidi puocant irā dei:
neq clamabūt cū vincti fuerint.
Morietur in tempestate aīa eorū:
et vita eorū inter effeminatos.
Eripiet pauperē de angustia sua:
et reuelabit in tribulacōe aurē
eius. Igit saluabit te de ore angu
sto latissime: et nō habentis fūda
mentū subter se. Requies autē me
se tue erit plena pinguedīe. Cau
sa tua quasi impii iudicata est: causā
iudiciūq recipies. Non te ergo
superet ira ut aliquē opprimas:
nec multitudo donor inclinet te.
Depone magnitudinē tuā absq
tribulacione: et oēs robustos for
titudīe. Ne protrahas nocte: ut as
cendant ppli pro eis. Caue ne declines
ad iniq̄tatē: hāc enī cepisti sequi
post miseriā. Ecce deus excelsus
in fortitudīe sua: et nullus ei si
milis in legis latoribz. Quis poterit
scrutari vias ei⁹? aut quis ei po
test dicere. operatus es iniq̄tatē?
Memento qd ignores opus ei⁹: de
quo cecinerunt viri. Oēs hoīes
vident eū: et vnusquisq intuet p
cul. Ecce de⁹ magnus vincens sciā
nostrā: nūs anor ei⁹ inestiabilis.
Qui aufert stellas pluuie. et
effundit ymbres ad instar gur
gitū. que de nubibz fluūt: que

pterit cuncta desuper. Si voluerit
extendere nubes quasi tentorium suum.
et fulgurare lumine suo desuper: cardi
nes quoque maris operiet. Per hec enim
iudicat populos: et dat escas multis
mortalibus. In manibus abscondit
lucem: et precepit ei ut rursus adue
niat. Annunciat de ea amico suo
quod possessio eius sit: et ad eam pos
sit ascendere. xxxvii.

Super hoc expauit cor meum:
et emotum est de loco suo. Au
dite auditionem in terrore vocis
eius: et sonum de ore illius procedentem.
Subter omnes celos ipse considerat:
et lumen illius super terminos terre.
Post eum rugiet sonitus: tonabit
voce magnitudinis sue: et non in
uestigabitur cum audita fuerit vox
eius. Tonabit deus in voce sua
mirabiliter: qui facit magna et in
scrutabilia. Qui precipit niui ut
descendat super terram: et hyemis
pluuiis et ymbri fortitudinis sue.
Qui in manu omnium hominum signat:
ut nouerint singuli opera sua. Ingre
dietur bestia latibulum: et in an
tro suo morabitur. Ab interioribus
egredietur tempestas: et ab arcturo
frigus. Flante deo concrescit ge
lu: et rursum latissime funduntur
aque. Frumentum desiderat nubes.
et nubes spargunt lumen suum: que
lustrant per circuitum quocumque eas
voluntas gubernantis duxerit.
ad omne quod preceperit illis super fa
ciem orbis terrarum: siue in vna
tribu. siue in terra sua. siue in quo
cumque loco misericordie sue eas iusserit inueni
ri. Ausculta hec iob: sta et consi
dera miracula dei. Numquid scis quan
do preceperit deus pluuiis: ut ostende
rent lucem nubium eius? Numquid nosti
semitas nubium magnas: et per
fectas scientias? Nonne vestimenta
tua calida sunt. cum perflata fuerit terra
austro? Tu forsitan cum eo fabricatus
es celos: qui solidissimi quasi ere fusi
sunt. Ostende nobis quid dicamus illi.
Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis
narrabit ei que loquor? Etiam si
locutus fuerit homo: deuorabitur.
At nunc non vident lucem. Subito aer
cogetur in nubes: et ventus tran
siens fugabit eas. Ab aquilone
aurum venit: et a deo formidolosa
laudatio. Digne eum inuenire non pos
sumus. Magnus fortitudine et iudi
cio et iustitia: enarrari non potest.
Ideo timebunt eum viri: et non au
debunt contemplari omnes qui viden
tur sibi esse sapientes. xxxviii

Respondens autem dominus 28 mol
iob de turbine dixit.
Quis est iste inuoluens sententias ser
monibus imperitis? Accinge sicut vir
lumbos tuos. Interrogabo te: et
responde michi. Ubi eras quando ponebam

fundamenta terre? Indica michi si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? Super quo bases illius solidate sunt? Aut quis dimisit lapidem angularem eius cum me laudarent simul astra matutina. et iubilarent omnes filii dei? Quis conclusit ostiis mare. quando erumpebat quasi de vulua procedens cum ponerem nubem vestimentum eius et caligine illud quasi pannis infantie obuoluerem? Circumdedi illud terminis meis: et posui vectem et ostia. Et dixi. Usque huc venies et non procedes amplius: et hic confringes tumentes fluctus tuos. Numquid post ortum tuum precepisti diluculo. et ostendisti aurore locum suum? et tenuisti concutiens extrema terre. et excussisti impios ex ea? Restituetur ut lutum signaculum: et stabit sicut vestimentum. Auferetur ab impiis lux sua: et brachium excelsum confringetur. Numquid ingressus es profunda maris? et in nouissimis abyssi deambulasti? Numquid aperte sunt tibi porte mortis? et ostia tenebrosa vidisti? Numquid considerasti latitudinem terre? Indica michi si nosti omnia. in qua via habitet lux. et tenebrarum quis locus sit: ut ducas unumquodque ad terminos suos. et intelligas semitas domus eius. Sciebas tunc quod nasciturus esses? et numerum dierum tuorum noueras? Numquid ingressus es thesauros niuis aut thesauros grandinis aspexisti? que preparaui in tempus hostis. in diem pugne et belli? Per quam viam spergitur lux. diuiditur estus super terram? Quis dedit vehementissimo imbri cursum. et viam sonantis tonitrui? ut plueret super terram absque homine in deserto ubi nullus mortalium commoratur? ut impleret inuia et desolata. et produceret herbas virentes? Quis est pluuie pater? vel quis genuit stillas roris? De cuius utero egressa est glacies? et gelu de celo quis genuit? In similitudinem lapidis aque durantur: et superficies abyssi constringitur. Numquid coniungere valebis micantes stellas pliades? aut gyrum arcturi poteris dissipare? Numquid producis luciferum in tempore suo? et vesperum super filios terre consurgere facis? Numquid nosti ordinem celi? et pones rationem eius in terra? Numquid eleuabis in nebula vocem tuam? et impetus aquarum operiet te? Numquid mittis fulgura et ibunt? et reuertentia dicent tibi adsumus? Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam? Quis enarrabit celorum rationem? et concentum celi quis

dormire faciet? Quando fundebatur
pulvis in terra: et glebe compingeban
tur? Numquid capies leene predam. et animas
catulorum eius implebis: quando cubant
in antris. et in speluncis insidiantur?
Quis preparat corvo escam suam: quando
pulli eius ad deum clamant. vagantes
eo quod non habeant cibos? xxxix

Numquid nosti tempus partus ibi
cum in petris: vel parturientes cer
vas observasti? Dinumerasti menses
conceptus earum: et scisti tempus partus
earum? Incurvantur ad fetum et pari
unt: et rugitus emittunt. Separantur
filii earum et pergunt ad pastum: egredi
untur et non revertuntur ad eas. Quis di
misit onagrum liberum: et vincula eius
quis solvit? Cui dedi in solitudine do
mum: et tabernacula eius in terra salsu
ginis. Contempnit multitudinem civita
tis: clamorem exactoris non audit.
Circumspicit montes pascue sue: et
virentia queque perquirit. Numquid volet
rinoceros servire tibi: aut mora
bitur ad presepe tuum? Numquid alligabis
rinocerota ad arandum loro tuo:
aut confringet glebas vallium post
te? Numquid fiduciam habebis in magna
fortitudine eius: et derelinques ei la
bores tuos? Numquid credes ei quoniam
reddat sementem tibi: et aream tuam con
greget? Penna struccionis: similis est
pennis herodii et accipitris. Quando
derelinquit in terra ova sua: tu-
forsitan in pulvere calefacies ea.
Obliviscitur quod pes conculcet ea:
aut bestie agri conterat. Duratur
ad filios suos quasi non sint sui: frus
tra laboravit nullo timore cogen
te. Privavit enim eam deus sapientia:
nec dedit illi intelligentiam. Cum tempus
fuerit in altum alas erigit: deridet e
quum et ascensorem eius. Numquid prebe
bis equo fortitudinem: aut circumda
bis collo eius hinnitum? Numquid susci
tabis eum quasi locustas? Gloria na
rium eius terror. Terram ungula fo
dit: exultat audacter: in occursum
pergit armatis. Contempnit pavorem:
nec cedit gladio. Super ipsum sona
bit pharetra: vibrabit hasta et
clipeus. Fervens et fremens sorbet
terram: nec reputabit tube sonare
clangorem. Ubi audierit buccinam
dicit vah. procul odoratur bellum: ex
hortationem ducum et ululatum exerci
tus. Numquid per sapientiam tuam plu
mescit accipiter: expandens alas
suas ad austrum? Aut ad preceptum
tuum elevabitur aquila: et in arduis
ponet nidum suum? In petris manet:
et in preruptis silicibus commoratur. atque in
accessis rupibus. Inde contemplatur es
cam: et de longe oculi eius prospiciunt.
Pulli eius lambent sanguinem: et u
bicumque cadaver fuerit statim adest.
Et adiecit dominus: et locutus est ad
iob. Numquid qui contendit cum deo tam

facile conquiescat? Utiqȝ qui argu
it deũ: debet rñdere ei. Rñdens
autẽ iob dño dixit. Qui leuiter
locutꝰ sũ. rñdere q̃d possũ? Ma
nũ meã ponã sup̲ os meũ. Unũ
locutus sũ q̄ utinã nõ dixissẽ:
et alterũ quibȝ ultra nichil addã.
Respondens autẽ dñs iob xl.
de turbine ait. Accinge si
cut vir lũbos tuos. Interroga
bo te: et indica michi. Nũquid irri
tũ facies iudiciũ meũ? et condẽp
nabis me ut tu iustificeris? Et
si habes brachiũ sicut deꝰ. ⁊ si sili
voce tonas? circũda tibi decorẽ et
in sublime erigere: et esto glorio
sus. et speciosis induere vestibȝ.
Disp̲ge sup̲bos furore tuo: et
respiciẽs omẽ arrogantẽ humilia.
Respice cũctos sup̲bos et cõfunde
eos: et cõtere impios in loco suo.
Absconde eos in puluere simul:
et facies eoꝝ demerge in foueã: et
ego confitebor q̄ saluare te possit
dextera tua. Ecce behemoth quẽ
feci tecũ: fenũ quasi bos comedet.
Fortitudo eius in lũbis eiꝰ: et vir
tus illiꝰ in umbilico ventris eiꝰ.
Constringit caudã suã quasi cedrũ:
nerui testiculorũ eiꝰ p̲plexi sũt. Os
sa eiꝰ velut fistule eris: cartilago
illiꝰ quasi lamine ferree. Ipse p̲
piũ est viarũ dei. Qui fecit eũ: ap
plicabit gladiũ eius. Huic mõtes
herbas ferũt: oĩs bestie agri lu
dent ibi. Sub umbra dormit: in
secreto calami et in locis humẽtibȝ.
Protegũt umbre umbrã eius: circũ
dabũt eũ salices torrentis. Ecce
absorbebit fluuiũ et nõ mirabi
tur: et habet fiduciã q̄ influat
iordanis in os eiꝰ. In oculis eiꝰ
quasi hamo capiet eũ: et in su
dibȝ p̲forabit nares eiꝰ. An extra
here poteris leuiathan hamo: ⁊
fune ligabis linguã eiꝰ? Nũquid
pones circulũ in naribȝ eius: et
armilla p̲forabis maxillã eius?
Nũquid multiplicabit ad te p̲ces:
aut loquetur tibi mollia? Nũquid
feriet tecũ pactũ: et accipies eũ
seruũ sempiternũ? Nũquid illudes
ei quasi aui: aut ligabis eũ an
cillis tuis? Concident eũ amici:
diuident illũ negociatores? Nũ
quid implebis sagenas pelle eius:
et gurgustiũ piscium capite illiꝰ?
Pone sup̲ eũ manũ tuã. xli.
Memento belli: nec addas
ultra loqui. Ecce spes eiꝰ
frustrabit̃ eũ: et videntibȝ cũctis
p̲cipitabit̃. Nõ quasi crudelis sus
citabo eũ. Quis enim resistere potest
vultui meo? Quis ante dedit michi
ut reddã ei? Oĩa que sub celo
sũt: mea sũt. Nõ p̲cã ei verbis
potentibȝ: et ad dep̲candũ cõposi
tis. Quis reuelabit faciẽ indumẽ

ti eius? et in mediū oris ei⁹ q̃s
intrabit? Portas vultus eius
q̃s aperiet? Per gyrū dentiū eius
formido. Corpus illi⁹ quaſi ſcu
ta fuſilia: et cōpactū ſquamis ſe
prementib;. Una vni cōiūgit̃: et
ne ſpiraculū quidē incedit p̱ eas.
Una alteri adherebūt: et tenētes
ſe nequaq̃ ſeparabūt̃. Sternuta
tio ei⁹ ſplendor ignis: et oculi ei⁹
ut palpebre diluculi. De ore ei⁹
lāpades procedūt: ſicut tede ignis
accenſe. De narib; eius procedit
fumus: ſicut olle ſuccenſe atq;
feruentis. Halitus ei⁹ prunas
ardere facit: et flāma de ore ei⁹
egredit̃. In collo ei⁹ morabit̃
fortitudo: et faciē ei⁹ precedit ege
ſtas. Membra carniū ei⁹ cohere
tia ſibi. Mittet contra eū fulmina:
et ad locū aliū nō ferent̃. Cor ei⁹
indurabit̃ quaſi lapis: et ſtringet̃
q̃ſi malleatoris incus. Cū ſubla
tus fuerit timebūt angeli: et terri
ti purgabūt̃. Cū apprehenderit eū
gladius: ſubſiſtere nō poterit neq;
haſta neq; thorax. Reputabit eū
quaſi paleas ferrū: et quaſi lig
nū putridū es. Nō fugabit eū
vir ſagittarius: in ſtipulā verſi
ſūt ei lapides funde. Quaſi ſtipu
lā eſtimabit malleū: et deridebit
vibrantē haſtā. Sub ipſo erūt
radii ſolis: ſternet ſibi aurū q̃ſi

lutū. Feruescere faciet q̃ſi ollā pro
fundū maris: et ponet quaſi cū
vnguēta bulliūt. Poſt eū luce
bit ſemita: eſtimabit abyſſū q̃ſi
ſeneſcentē. Nō eſt ſup terrā po
teſtas que cōparet̃ ei: qui fc̃us eſt
ut nullū timeret. Omne ſublime
videt: ipſe eſt rex ſup omnes fi
lios ſuperbie. xlij.

Reſpondens autē iob dn̄o dix
it. Scio q̃a oīa potes: et nulla
te latet cogitatio. Q̃s eſt iſte q̃
celat conſiliū abſq; ſciā? Ideo in
ſipienter locut⁹ ſū: et que ultra
modū excederent ſciāz meā. Audi
et ego loquar: īterrogabo et oſtē
de michi. Auditu auris audiui te:
nūc autē oculus meus videt te.
Idcirco ipſe me reprehendo: et ago
penitētiā in fauilla et cinere.
Poſtq̄ autē locut⁹ eſt dn̄s vba
hec ad iob: dixit ad eliphaz the
manitē. Iratus eſt furor me⁹ in
te et in duos amicos tuos: qm̄
nō eſtis locuti corā me rectū ſicut
ſeruus meus iob. Sumite igit̃
vobis ſeptē tauros et ſeptē arie
tes: et ite ad ſeruū meū iob: et
offerte holocauſtū p̱ vobis. Iob
autē ſeruus meus orabit p̱ vo
bis. Faciē eius ſuſcipiā: ut nō
vobis īputet̃ in ſtulticiā. Neq;
enī locuti eſtis ad me recta: ſicut
ſeruus me⁹ iob. Abierūt ergo

eliphaz themanites et baldad suites et sophar naamatites: et fecerunt sicut locutus fuerat ad eos dominus. Et suscepit dominus faciem iob. Dominus quoque conversus est ad penitenciam iob: cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit dominus omnia quecumque fuerant iob duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui et universe sorores sue. et cuncti qui noverant eum prius: et comederunt cum eo panem in domo eius. et moverunt super eum caput: et consolati sunt eum super omni malo quod intulerat dominus super eum. Et dederunt ei unusquisque ovem unam: et inaurem auream unam. Dominus autem benedixit novissimis iob: magis quam principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim milia ovium. et sex milia camelorum: et mille iuga boum. et mille asine. Et fuerunt ei septem filii: et tres filie. Et vocavit nomen unius diem: et nomen secunde cassiam: et nomen tercie cornustibii. Non sunt autem invente mulieres speciose sicut filie iob: in universa terra. Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum. Vixit autem iob post hec centum quadraginta annis: et vidit filios suos. et filios filiorum suorum usque ad quartam generacionem: et mortuus est senex et plenus dierum

Explicit liber iob. Incipit prologus sancti iheronimi presbiteri in librum Thobie. capitulum .i.

Cromacio et heliodoro episcopis: iheronimus presbiter in domino salutem. Mirari non desino exaccionis vestre instanciam. Exigitis enim ut librum caldeo sermone conscriptum: ad latinum stilum traham. librum utique thobie quem hebrei de cathalogo divinarum scripturarum secantes: his que agiographa memorant mancipaverunt. Feci satis desiderio vestro: non tamen meo studio. Arguunt enim nos hebreorum studia: et imputant nobis contra suum canonem latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans phariseorum displicere iudicio. et episcoporum iussionibus deservire: institi ut potui. Et quia vicina est caldeorum lingua sermoni hebraico. utriusque lingue peritissimum loquacem reperiens. unius diei laborem arripui: et quicquid ille michi hebraicis verbis expressit. hec ego accito notario. sermonibus latinis exposui. Oracionibus vestris mercedem huius operis compensabo: cum gratum vobis didicero me quod iubere estis dignati complesse. Explicit prologus.

Incipit liber thobie secundum iheronimum

Thobias ex tri
bu et ciuitate
neptalim que
eſt in ſuperioribꝫ
galilee ſup̄ na
aſon. poſt viā
que ducit ad occidentē. in ſiniſtro
habēs ciuitatē ſephet: cū captus
eſſet in diebꝫ ſalmanaſſer regis aſ
ſirioꝝ: in captiuitate tamē poſitꝰ
viā veritatis nō deſeruit: ita ut
oīa que habere poterat cotidie cō
captiuis fratribꝫ qui erāt ex gnē ſuo
ipertiret. Cūqꝫ eſſet iunior oībꝫ in
tribu neptalim: nichil tamē pueri
le geſſit in opē. Deniqꝫ cū irent oēs
ad vitulos aureos quos hierobo
am fecerat rex iſrl': hic ſolus fugie
bat conſorcia oīm. et ꝑgebat ad
iheruſalē ad tēplū dnī: et ibi ad
orabat dnm deū iſrahel. oīa ꝑmi
tiua ſua et decimas ſuas fideliter
offerens: ita ut in tercio āno ꝓſe
litis et aduenis miniſtraret oēm
decimacionē. Hec et hijs ſimilia ſe
cūdū legē dei puerulus obſerua
bat. Cū vero factꝰ fuiſſet vir acce
pit uxorē ānā de tribu ſua: genu
it qꝫ ex ea filiū. nomē ſuū īpo
nens ei. Quē ab infancia time
re deū docuit: et abſtinere ab omī
pccō. Igit̄ cū ꝑ captiuitatē cū vx
ore ſua et filio in ciuitatē niniue
deueniſſet cū omī tribu ſua ⁊ oēs
ederēt ex cibis gentiliū: iſte cuſto
diuit aīam ſuā: et nūqͣ contami
natus eſt in eſcis eoꝝ. Et qm̄ memor
fuit dnī in toto corde ſuo: dedit il
li deus grām in conſpcū ſalmanaſ
ſar regis: et dedit ei poteſtatē quo
cūqꝫ vellet ire: habens libertatē
qͤcūqꝫ facere voluiſſet. Pgebat ꝫ
cū ꝑ oēs qui erant in captiuita
te: et monita ſalutis dabat eis.
Cū autē veniſſet in rages ciuita
tē medorū. et ex hijs quibꝫ honora
tus fuerat a rege. habuiſſet decē
talenta argenti: et cū multa tur
ba generis ſui gabelū egentē vide
ret qui erat ex tribu eiꝰ: ſub ciro
grapho dedit illi memoratū pon
dus argenti. Poſt multū vero
tpis mortuo ſalmanaſſar rege
cū regnaret ſennacherib filius eiꝰ
ꝓ eo. et filios iſrl' exoſos haberet
in conſpcū ſuo: thobias ꝑgebat
ꝑ oēm cognacionē ſuā. et conſo
labat̄ eos: diuidebatqꝫ vnicuiqꝫ
ꝓut poterat de facultatibꝫ ſuis.
Eſurientes alebat: nudiſqꝫ veſti
menta prebebat: et mortuis atqꝫ
occiſis ſepulturā ſolliciꝰ exhibebat.
Deniqꝫ cū reuerſus eēt rex ſennache
rib. fugiēs a iudea plagā quā cir
ca eū deus fecerat ꝓpter blaſphemiā
ſuā: et iratus multos occideret ex
filijs iſrahel: thobias ſepeliebat
corpa eorū. At ubi nūciatū eſt

regi iuſſit eũ occidi: et tulit oẽꝫ
ſubſtãtiã ei⁹. Thobias vͦo cũ filio
ſuo et cũ vxore fugiẽs nudus latu
it: q̃a multi diligebãt eũ. Poſt
dies vͦo quadraginta q̃nqꝫ: occide
rũt regẽ filij ip̃i⁹. Et reuerſus eſt
thobias ad domũ ſuã: oĩs qꝫ
facultas ei⁹ reſtituta eſt ei. ij
Poſt hec vͦo cũ eſſet dies feſt⁹
dñi. et factũ eſſet prandiũ
bonũ in domo thobie: dixit fili
o ſuo. Vade et adduc aliquos
de tribu nr̃a timentes deũ: et epu
lentur nobiſcũ. Cumqꝫ abiſſet: re
uerſus nũciauit vnũ ex filijs iſra
hel iugulatũ iacere in platea. et
Statim qꝫ exiliens de accubitu ſuo:
relinquẽs prandiũ ieiun⁹ peruenit
ad corpus: tollẽs qꝫ illud porta
uit ad domũ ſuã occulte: vt dũ
ſol occubuiſſet caute ſepeliret eũ.
Cumqꝫ occultaſſet corpus: mandu
cauit panẽ cũ luctu et tremore:
memorãs illũ ſermonẽ quẽ dixit
dñs p amos ꝓphetã. Dies feſti
vr̃i: cõuertentur in lamẽtacõẽꝫ
et luctũ. Cũ vͦo ſol occubuiſſet:
abijt et ſepeliuit eũ. Arguebãt
autẽ illũ oẽs proximi ſui dicẽ
tes. Jam hui⁹ rei cauſa īterfici
iuſſus es. et vix effugiſti mor
tis īperiũ: et iterũ ſepelis mor
tuos? Sed thobias plus timẽs
deũ q̃ regẽ: rapiebat corpora
occiſoꝝ. et occultabat in domo
ſua: et medijs noctibꝫ ſepeliebat
ea. Contigit autẽ ut quadã die
fatigatus a ſepultã veniẽs domũ
iactaſſet iuxta ſe parietẽ et obdor
miſſet: ex nido hirũdinũ dormi
enti illi calida ſtercora inciderẽt ſu
p oculos eius: fieret qꝫ cecus. Hãc
autẽ tẽptacionẽ ideo pmiſit dñs
euenire illi: ut poſteris daret exẽ
plũ paciẽtie ei⁹ ſicut et ſcĩ iob.
Nã cũ ab infancia ſua ſemp deũ
timuerit et mandata ei⁹ cuſto
dierit: nõ eſt contriſtatus cõtra
dñm qꝫ plaga cecitatis euenerit
ei: ſed īmobilis in dei timore per
manſit. agẽs grãs deo oĩbꝫ diebꝫ
vite ſue. Nam ſicut beato iob in
ſultabãt reges: ita iſti parẽtes
et cognati eius: et irridebãt vitã
eius dicentes. Vbi eſt ſpes tua:
p qua elemoſinas et ſepulturas
faciebas? Thobias vero īcrepabat
eos dicẽs. Nolite ita loqui: q̃m fi
lij ſcõꝝ ſum⁹: et vitã illã expc̃ta
m⁹ quã deus daturus eſt hijs qui
fidẽ ſuã nũq̃ mutãt ab eo. An
na vero vxor eius ibat ad tex
triniũ opus cotidie: et de labore
manuũ ſuarũ victũ quẽ conſeq̃
potuiſſet deferebat. Vnde factũ ẽ:
ut hedũ caprarũ accipiẽs detuliſ
ſet domũ. Cui⁹ cũ vocẽ balantis
vir ei⁹ audiſſet dixit. Videte ne

furtiuus sit. Reddite eū dn̄is suis:
quia nō licet nobis aut edere ex
furto aliq̄d aut contīgere. Ad hec
vxor eius irata respondit. Mani
feste vana facta est spes tua: et ele
mosine tue modo apparuerūt. Atq3
hijs et alijs huiusmodi verbis
exprobrabat ei. iij

Tūc thobias ingemuit: et ce
pit orare cū lacrimis dicēs.
Iustus es dn̄e: et oīa iudicia tua
iusta sūt: et oēs vie tue mīa et ve
ritas et iudiciū. Et nūc dn̄e me
mor esto mei: ne vindictā sumas
de pctīs meis. neq3 reminiscaris de
licta mea vel parentū meorū:
qm̄ nō obediuimus p̄ceptis tuis:
et traditi sumus in direpcionē et
captiuitatē et mortē. et in fabulā
et in īpperiū oīb3 nacoīb3 in q̄
bus dispsisti nos. Et nūc domine
magna iudicia tua: q̄a nō egi
mus scdm̄ p̄cepta tua: et nō ambu
lauimus sinceriter corā te. Et nūc
dn̄e scdm̄ voluntatē tuā fac me
cū: et p̄cipe in pace recipi spm̄ meū.
Expedit enī michi mori magis q̄
viuere. Eadē itaq3 die contigit vt
sara filia raguel in ciuitate medo
rū et ipa audiret īpperiū ab vna
ex ancillis pris sui: qm̄ tradita
fuerat septē viris: et demoniū noīe
asmodeus occiderat eos. mox vt ingres
si fuissent ad eā. Ergo cū p culpa
sua increparet puellā: rn̄dit ei
dicens. Amplius ex te nō videamus
filiū aut filiā sup terrā: interfec
trix virorū tuorū. Nūq̄d et me
occidere vis sicut occidisti septē
viros: Ad hanc vocē prexit in
superiori cubiculo domus sue: et
trib3 dieb3 ac noctib3 nō mandu
cauit neq3 bibit: sed in oroē psis
tens lacrimis dep̄cabat dn̄m.
ut ab isto īpperio liberaret eam.
Factū est autē tercia die cū cōple
ret oronem: bn̄dicens dn̄m dixit.
Benedictū est nomē tuū deus p̄m
nrōrū: qui cū iratus fueris mi
scdiam facies: et in tpe tribula
cionis pctā dimittis hijs qui i
nocant te. Ad te dn̄e faciē meā
cōuerto: ad te oculos meos cō
uerto. Peto dn̄e ut de vinculo
īpperij huius absoluas me:
aut certe de sup terrā eripias
me. Tu scis dn̄e q̄a nūq̄ cōcu
piui virū: et mūdā seruaui
aīaz meā ab oī cōcupiscencia.
Nūq̄ cū ludentib3 miscui me:
neq3 cū hijs qui in leuitate am
bulāt pticipē me prebui. Virū
autē cū timore tuo: nō cū libi
dine mea consensi suscipe. Et
aut ego indigna fui illis: aut
illi forsitan michi digni nō fue
runt: q̄a forsitan viro alio cōser
uasti me. Nō est enī in hoīs po

testatur consiliu tuu. Hoc autem p
certo habet ois qui colit te: quia
vita eius si in probatione fuerit co
ronabit. Si autem in tribulatione
fuerit liberabit. Et si in correpti
one fuerit: ad miam tuam venire
licebit. No enim delectaris in pdici
onibz nris: qa post tempestatem
tranquillu facis: et post lacrima
tione et fletu exultatione infundis.
Sit nome tuu deus isrl benedictu
in secula. In illo tpe exaudite st
preces amborum in conspectu glorie
summi dei: et missus est angelus
dni scus raphael ut curaret eos
ambos: quorum uno tpe sunt orones
in conspectu dni recitate. iiij
Igitur cu thobias putaret oro
nem suam exaudiri ut mori
potuisset: vocavit ad se thobiam
filiu suu: dixit qz ei. Audi fili mi
vba oris mei: et ea in corde tuo qsi
fundamenta costrue. Cu accepe
rit deus aiam meam. corpus meu se
peli: et honore habebis mrm tue
oibz diebz vite eius. Memor enim es
se debes: que et quanta pericula pas
sa sit pter te in utero suo. Cu au
tem et ipsa cpleverit tps vite sue:
sepelies eam circa me. Omnibz autem
diebz vite tue in mente habeto
dnm: et cave ne qn pcco consencias:
et ptermittas pcepta dei nri. Ex
substancia tua fac elemosinam: et no
li avertere faciem tuam ab ullo paupe.
Ita enim fiet: ut nec a te avertatur
facies dni. Quomo potueris: ita
esto misericors. Si multum tibi fuerit
habundanter tribue: si exiguum fuerit.
eciam exiguum libenter impartiri stude.
Premium enim bonum tibi thesaurizas
in die necessitatis: qm elemosina
ab omni pcco et a morte liberat: et
no patietur aiam ire in tenebras. Fi
ducia magna erit cora summo deo ele
mosina: oibz facientibz eam. Attende
tibi fili mi ab omni fornicatione: et
pter uxorem tuam nunqm paciaris cri
men scire. Superbiam nunqm in tuo sen
su aut in tuo vbo dnari pmittas.
In ipa enim iniciu sumpsit ois perdicio.
Quicuqz tibi aliqd opatus fuerit
statim mercede ei restitue: et merces
mercenarij tui no apud te oino ma
neat. Qd ab alio odis fieri tibi: vi
de ne alteri tu aliqn facias. Panem
tuum cu esurientibz et egenis comede:
et de vestimentis tuis nudos tege.
Panem tuu et vinu tuu sup sepultu
ra iusti constitue: et noli ex eo man
ducare et bibere cu pccoribz. Con
siliu semp a sapiente pquire. Omni
tpe benedic deu: et pete ab eo ut
vias tuas dirigat: et oia consilia
tua in ipo pmaneant. Indico eciam ti
bi fili mi. dedisse me decem talenta ar
genti dum infantulus esses gabelo
in rages civitate medorum: et cyro

graphū eius apud me habeo. Et
ideo pquire quomō ad eū peruenias.
et recipias ab eo supͣ memoratū pōd⁹
argenti: et restituas ei cyrographū
suū. Noli timere fili mi. pauperē
quidē vitā gerim⁹: sed multa bona
habebim⁹ si timuerim⁹ deū. et rece
serim⁹ ab omī pctō et fecerim⁹ bene.

Tūc thobias respondit V
pr̄i suo: et dixit. Oīa quecūq3
pcepisti michi: faciā pater. Quō
autē hanc pecuniā inquirā ignoro.
Ille me nescit: et ego illū ignoro. Quō
signū dabo ei? Sz neq3 viā p quā pga
illuc aliqñ cognoui. Tūc pr̄ su⁹ rn̄dit
illi: et dixit. Cyrographū qđē ill⁹ penes
me habeo: qđ dū illi ostenderis sta
tim restituet. Sed pge nūc et inq
re tibi aliquē fidelē virū qui eat te
cū salua mercede sua. dū adhuc
viuo: ut recipias eā. Tūc egress⁹
thobias īuenit iuuenē splendidū
stantē p̄cinctū: et quasi patū ad
ambulandū. Et ignorans qđ
angelus dei esset: salutauit eū et
dixit. Vñ te habemus bone iuue
nis? At ille rn̄dit. Ex filiis israhel.
Et thobias dixit ei. Nosti viā que
ducat in regionē medorū? Cui res
pondit. Noui: et oīa itinera eius
frequent ambulaui: et mā̄si apud
gabelū frēm nr̄m qui moratur ī
rages ciuitate medorū que posita
est in monte egbathanis. Cui tho
bias ait. Sustine me obsecro: do
nec hec ipsa nūciē pr̄i meo. Tūc in
gressus thobias: indicauit vniuersa
hec pr̄i suo. Sup que admiratus
pater: rogauit ut introiret ad eū.
Ingressus itaq3: salutauit eū et
dixit. Gaudiū tibi sēp sit. Et tho
bias ait. Quale michi gaudiū erit
qui in tenebris sedeo: et lumē celi
nō video? Cui ait iuuenis. Forti
aīo esto: in primo est ut a deo cure
ris. Dixit itaq3 illi thobias. Nūqđ
poteris pducere filiū meū ad gabe
lū in rages ciuitatem medorū? Et cū
redieris: restituā tibi mercedē tuā.
Et dixit ei angelus. Ego ducā et
reducā eū ad te. Cui thobias res
pondit. Rogo te indica michi: de
qua domo aut de qua tribu es tu.
Cui raphael angelus dixit. Gen⁹
queris mercenarii: an ipm̄ mer
cenariū qui cū filio tuo eat? Sed
ne forte sollicitū te reddā: ego sū
azarias ananie magni filius. Et
thobias rn̄dit. Ex magno genē
es tu. Sed peto ne irascaris: qđ
volueri cognoscē genus tuū. Dix
it autē illi angelus. Ego sanū du
cā: et sanū tibi reducā filiū tuū.
Respondēs autē thobias dixit. Be
ne ambuletis: et sit deus in itinē
vrō: et angelus eius comitet vo
biscū. Tūc paratis omīb3 que erāt
in via portanda: fecit thobias

vale pr̄i ſuo et mr̄i ſue: et ambu
lauerūt ambo ſimul. Cūq; ꝓfecti
eſſent: cepit flere mater eius et di
cere. Baculū ſenectutis nr̄e tuliſti:
et tranſmiſiſti a nobis. Nūq̄ eſſet
ipſa pecunia ꝑ qua miſiſti eū. Suf
ficiebat nobis pauꝑtas nr̄a: ut
diuicias cōputaremus. hoc q͛ vide
bam⁹ filiū nr̄m. Dixit q; thobias
Noli flere. Saluus ꝑueniet filius
noſter et ſaluus reuertet᷑ ad nos:
et oculi tui videbūt eū. Credo enī
q͛ angel⁹ dei bonus comitet᷑ ei: et
bene diſponat oīa que circa ipſū
gerūt᷑: ita ut cū gaudio reuertat᷑
ad nos. Ad hanc vocē ceſſauit
mater ei⁹ flere: et tacuit. vi

PRofectus eſt autē thobias
et canis ſecutus eſt eū: ⁊ manſ
ſit prima manſione iuxta fluuiū
tigris. Et exiuit ut lauaret pedes
ſuos: et ecce piſcis īmanis exiuit
ad deuorandū eū. Quē expaueſcēs
thobias: clamauit voce magna
dicēs. Dn̄e īuadit me. Et dixit
angelus. Appꝛehende brancā eius:
et trahe eū ad te. Quod cū feciſſet
attraxit eū in ſicco: et palpitare
cepit ante pedes eius. Tūc dixit
ei angelus. Exentera hūc piſcem:
et cor eius et fel et iecur repone tibi.
Sūt enī hec neceſſaria ad medi
camēta utiliter. Quod cū feciſſet
aſſauit carnes ei⁹: et ſecū ſuſtule
rūt in via. Cetera ſalierūt que
ſufficerent eis: quouſq; ꝑuenirēt
in rages ciuitatē medorū. Tūc in
terrogauit thobias angelū: et dixit
ei. Obſecro te azaria frater: ut di
cas michi qd̄ remediū habebūt iſ
ta que ~~te~~ de piſce ſeruare iuſſiſti.
Rūdens q; dixit ei. Cordis ei⁹ ꝑti
culā ſi ſuꝑ carbones ponas: fu
mus eius extricat oē genus demo
nioꝝ. ſiue a viro ſiue a muliere:
ita ut ultra nō accedat ad eos.
Et dixit ei. Vbi vis ut maneam⁹:
Rn̄dēs q; angelus ait. Eſt hic ra
guel noīe ꝓpinquus vir de tribu tu
a: et hic habet filiā noīe ſarā:
ſed neq; maſculū neq; feīam ullā
habet aliū ꝑter eā. Tibi debet᷑ oīs
ſubſtancia eius: et oportet eā te
accipere cōiugē. Pete ergo eā a ~~t~~
pr̄e eius: et dabit tibi eā vxorem.
Tūc rn̄dit thobias et dixit. Audio
q̄a tradita eſt viris ſeptē: et mor
tui ſūt. Sed et hoc audiui: q̄a de
moniū illos occidit. Timeo ergo
ne forte et michi hec eueniāt: ⁊ cū
ſim vnicus parentibȝ meis. depo
nā ſenectutē illorū cū triſticia ad
inferos. Tūc angelus raphael
dixit ei. Audi me: et oſtendā tibi
qui ſūt quibȝ poteſt preualere de
moniū. Hij nāq; qui cōiugiū
ita ſuſcipiūt. ut deū a ſe mente
ſua excludant: et ſue libidini ita

uacent. ſicut equus et mulus ĩ
quibꝫ nõ eſt intellcs: habet po
teſtatẽ demoniũ ſup eos. Tu autẽ
cũ acceperis eã ingreſſus cubiculũ
p tres dies cõtinẽs eſto ab ea: et
nichil aliud niſi orõnibꝫ vacabis
cũ ea. Ipa autẽ nocte incenſo ie
core piſcis: fugabit̃ demonium.
Scđa vͦ nocte: in copulacõe ſcõ
rũ patriarcharũ admitteris. Tercia
autẽ nocte benedcõnẽ conſeqris:
ut filij ex vobis ĩcolumes pcreent̃.
Tranſacta autẽ tercia nocte acci
pies vͥginẽ cũ timore dñi ꝛ amore
filiorũ magis qͥ libidinis ductꝰ:
ut in ſeĩe abrahe benedictionẽ ĩ
filijs conſequaris. vij

Ingreſſi ſũt autẽ ad rague
lẽ: et ſuſcepit eos raguel cũ
gaudio. Intuens qꝫ thobiã
raguel: dixit anne vxori ſue. Qm̃
ſilis eſt iuuenis iſte conſobrino meo.
Et cũ hec dixiſſet ait. Unde eſtis
iuuenes fr̃es nr̃i? At illi dixerũt.
Ex tribu neptalim ſumꝰ: ex capti
uitate niniue. Dixit qꝫ illis ragu
el. Noſtis thobiã frẽm meum?
Qui dixerũt. Nouimꝰ. Cũ multa
bona loqueret̃ de eo: dixit ange
lus ad raguel. Thobias de quo
interrogas pater huiꝰ eſt. Et mi
ſit ſe raguel et cũ lacrimis oſcu
latus eſt eũ: et plorãs ſup̃ collũ
eius dixit. Benedcõ ſit tibi fili

mi: qꝛ boni et optimi viri filiꝰ
es. Et anna vxor eius. et ſara fi
lia ipſorũ: lacrimate ſũt. Poſtqͣ
autẽ locuti ſũt: p̃cepit raguel
occidi arietẽ et parare cõuiuiũ.
Cũqꝫ hortaret̃ eos diſcũbere ad
prandiũ: thobias dixit. Hic ego
hodie nõ manducabo neqꝫ bi
bam: niſi prius peticionẽ confir
mes meã. et pmittas michi dar̃e
ſarã filiã tuã. Quo audito v̾bo
raguel expauit ꝛ ſciens qđ eue
nerit illis ſeptẽ viris: et timere
cepit ne forte huic ſimiliter acci
deret. Et cũ nutaret. et nõ daret
vllũ petenti reſponſũ: dixit ei ã
gelus. Noli timere dar̃e illã iſti ꝗ
qm̃ huic timenti deũ debet̃ cõiux
filia tua: pptẽa alius nõ potuit
habere illam. Tũc dixit raguel.
Non dubito qꝫ deus p̃ces et lacri
mas meas in cõſpectu ſuo admiſe
rit ꝛ et credo qm̃ ideo vos fecit ad
me venire: ut iſta cõiugeret̃ cog
nacioni ſue ſcđm legẽ moyſi. Et
nũc noli dubiũ gerere: qꝫ tibi eã
tradam. Et apphendens dexterã
filie ſue: dextre thobie tradidit
dicens. Deus abrahã et deꝰ yſa
ac et deꝰ iacob ſit vobiſcũ. et ipſe
cõiungat vos: ipleat qꝫ benedic
cionẽ ſuã in vobis. Et accepta
carta fecerũt cõſcripcionẽ cõiu
gij. Et poſt hec epulati ſũt: be

nedicentes deum. Vocavit que ad se
raguel annam uxorem suam: et pre-
cepit ei ut prepararet alterum cubiculum.
Et introduxit in eo saram filiam suam:
et lacrimata est. Dixit que ei. Forti
animo esto filia mea. Dominus celi det tibi
gaudium pro tedio quod perpessa es.

Postquam vero cenaverunt viij
introduxerunt iuvenem ad eam.
Recordatus itaque thobias sermonum
angeli. protulit de cassidili suo partem
iecoris: posuitque eam super carbones
vivos. Tunc raphael angelus ap-
prehendit demonium: et religavit eum
in deserto superioris egypti. Tunc hor-
tatus est virginem thobias: dixitque
ei. Sara exurge. deprecemur deum ho-
die et cras et secundum cras: quia istis tri-
bus noctibus deo iungimur. Tercia autem
transacta nocte in nostro erimus coniu-
gio. Filii quippe sanctorum sumus: et
non possumus ita coniungi sicut gentes
que ignorant deum. Surgentes autem
pariter: instanter orabant ambo
simul. ut sanitas daretur eis. Dix-
it que thobias. Domine deus patrum nos-
trorum. benedicant te celi et terra et
mare et fontes et flumina: et omnes crea-
ture tue que in eis sunt. Tu fecisti
